

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

647

1199/04/13.

Testamento de Xoán Goséndiz, presbítero de S. Pedro de Tállara.

B.- Tombo, ff. 166v-167r.

Testamentum Johannis Gosendi, presbiter de Taliar, de ecclesia Sancti Michaelis de Cambonio et de villare de Argiles.

Era I^a CC^a XXX^a VII^a et quotum idus aprilis. Hec est ordinatio quam ordino ego Johannes Gundesindez, presbiter de Talar, in mea salute quatinus obitum meum, et cetera. In primis mando corpus meum sepelire in monasterio Sancti Justi, et mando ibi mecum totam meam hereditatem de ecclesia Sancti Michaelis de Cambonio et de villare de Argiles siue de auolencia siue de ganancia que est in uoce de Ermigildo Iohannis cum tota sua uoce et directura que ad ipsas hereditates pertinent intus et foris ex illa pariete de uilla Bauza vsque ad cantum Ulle. Et in ipso villare de Argiles dono in presenti ad ipsum monasterium vnum seruicialem cum sua populancia pro anima mea et animabus parentum meorum, et populancia de alio seruiciali in ipso villare. Et adhuc dono ibi unam seruicialiam populatam in mea et sua hereditate in villa Guyande cum quanta hereditate ibi habeo de auolencia et de ganancia in uoce de Sancto Petro de Pascal et de Auexom ex Riuulo Malo ad sursum usque ad campum Ulle et vnam uigesimam in ecclesia Sancti Petri de Talliar quam teneo in pignore pro una marcha argenti, et cetera. Sed si aliquis de mea parte // uel de extranea contra hoc uenerit sit maledictus et excomunicatus et insuper pariat solidos D.

Q. p. f.: Petrus Petri, ts. Munio Cresconez, ts. Martinus, presbiter, ts. Ego Petrus, monasterii Sancti Justi abbas. Martinus, prior Sancti Iusti.

Munio scripturam qui scripsit, presbiter, istam.